Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26515
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Incipit liber aurelii Augustini ad Eutropium et Paulum de perfectione iusticie.

Sanctis fratribus et coepiscopis Eutropio et Paulo. Augustinus.
Karitas vestra que in vobis tanta est et tam sancta ut etiam iubenti servire delectet, petiuit ut diffinitionibus que dicuntur celestii esse respondeam.
Sic enim prenotata est eadem cartula quam dedistis diffinitiones ut dicitur celestii. Que prenotacio credo quod non illius sed eorum sit qui hoc attulerunt de sicilia, ut Celestius nunc esse prohibetur.
Sed multa talia garrientes et sicut ait apostolus ipsi errantes et alios in errorem mittentes, ex illius tamen esse doctrina vel etiam quorundam sociorum eius et nos possumus arbitrari, nam neque iste breues diffinitiones vel pocius ratiocinationes ab illius abhorrent ingenio, quod in opere alio eius inspexi, cuius eum esse constat auctorem. Et non frustra istos fratres qui hec attulerunt in sicilia existimo audisse quod ipse docuerit ista vel scripserit. Velle autem si possem ita obtemperare vestre fraternae

BIBLIOTHECA ADMONTENSIS

712